

Johann Nicolaus Quistorp


**Programma Quo Cives Academici Ad Passionalia Sacra Salvatoris Nostri  
Invitantur, & a Bacchi Orgiis Abstinentur, Et Avocantur**

Rostochii: Wepplingius, [1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734005180>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1694. Fasten.

~~A-1256.~~<sup>67.</sup>

1694

PROGRAMMA  
QVO  
CIVES ACADEMICI  
AD

PASSIONALIA  
SACRA SALVATO-  
RIS NOSTRI INVITANTUR,  
& à BACCHI ORGIIS ABSTINEN-  
TUR, ET AVOCANTUR

Propositum

A  
RECTORE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOHANNÉ NICO-  
LAO QVISTORPIO.

S. S. Theol. Doct. & P. P. ac ad  
Div. Nicol: Pastore.



Rostochii Typis JOH, WEPPLINGII, Univ, Typogr,

M-1256<sup>67</sup>



Eccatum rectè dixerim sputum, nisi plane vomitum, qui venit ex illo humore, cum quo ebibita est iniquitas sicut aqua. Hoc toties Christo in faciem projicitur, quoties scienter & volenter in conspectu ejus, fœda Bacchantium Crimina patrantur ab averfis Christo, & Conversis ad ventrem Deum. Meritò tum sic deturpatus ille, cujus alias preciosi præ filiis hominum in labiis gratia diffusa est, veri verbis afflictissimi Jobi potest Job. 30. v. 10. *Abominantur me, & longè recedunt à me, & à facie meâ non cobibent sputum.* Bacchantes dicuntur à Baccho, qui nomen habet *δοτὸς Βακχεῖν* i. e. incompositè vociferari. Eustatius vult *δοτὸς Βακχεῖν*, quod significat ululare, inconditè clamare, uti Bacchantes facere solebant. Conf. Rosini *Antiquit. Roman.* lib. 2. c. XI. LIBER & Bacchus dictus est à linguæ licentiâ, quia ebrii ad loquendum redduntur proni juxta illud Horatii:

*Fœcundi calices, quem non fecere disertum.* Vel à liberando, vinum siquidem animum curis liberat, pellitque tristitiam teste, Ovidio

*Cura fugit — — mero  
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,  
Tunc dolor & curæ rugas, frontis abie.*

Ausonius breve habet Carmen Epigram. 30. quod complectitur varia nomina, quæ apud varios populos sortitus est Bacchus. *Ogygia me Bacchum vocat. Osirim Egyptus putat. Mystra Phanacem nominant. Dionyson Indi existimant. Romana sacra Liberum. Arabica gens Adoneum.* de his plur. *Alexand. ab Alexand. l. 6. c. 4. Gerhard. Job. Vossius de Origine & Progress. Idololatriæ L. I. c. 19. Job. Nicol. Commentar. de Ritu Antiquo, & hodierno Bacchanaliorum. Græci Baccho Cornua Taurina adoptarunt. Hinc Liber Orpheo in hymnis dicitur *ταυρομέταρον* & *κερῶσφορον*. Corniger &c. vid. Vossij *Theol. Gentilium* L. 1. de Origin. Idololatr. c. 30. p. m. 230. Et Festum *ταυροχόλια* in honorem ejus institutum testatur *Plutarch. de Isid. & Osirid.* Curv. cornua Taurina Baccho attributa, varia adferunt veteres;*

res: aut ad natales demonstrandos, quod *Cornigeri Ammonia* esset filius, juxta *Diodor. Sicul. lib. 3.* Aut quod bobus sub jugum ductus primus tementem fecerit, aut à vini ferocia, quod nimio vino homines truces fiant, aut denique, quod cornibus usi sint antiqui ad pocula, de quibus *Cassian: à Purco Athen. lib. 2. fol. 476. Xenophon lib. 7. Joh. Baptista Casal. de Conviviis & Triclin. fol. 325. Thomas Dempsterus à MURESK* in additam: ad *Rosini Antiq: Rom. Lib. V. p. 241.* Inde & *Taũpo*, dicti videntur Pincernæ apud Ephesios, *He-fychius* aperte dicit: *Taũποι οἱ ἐστὶν ἐφεσίου, οἰνοχόοι.* Quamquam non in Bacchi sed Neptuni sacris ita appellatos apud *Eustachium* legimus. Imo non pocula tantum, sed Taurina etiam Tympana Bacchantium apud *Claudianum* videmus:

*Insudant confis satyri, Taurinæq; pulsæ*

*Baccharum Bromios invitant tympana remos.*

Ast in fabulis semper aliquid veri latere nemo unquam dubitavit. Cum autem multi fuerint *Bacchi*, antiquissimus non alius erit, quam *Noe*. Quippe hic primus vites plantavit, viniq; conficiendi docuit rationem. Ut patet ex *Genes. IX. v. 21.* At hoc inventum & *Liberi* est, *Qui* idcirco *Nasoni* in *IV. Metam.* dicitur:

*Lenæus genialis confitor upe.*

Deo eodem sic *Diodorus Lib. V.* ex *Cretensium* fide loquitur: *Qui fabulas ad historiam revocant, tradunt, Liberum invenisse vitem, Gejus culturam, & vini faciendi modum. Præterea rationem multos fructus autumnantes condendi, ut usum & alimentum hominibus præbeant in longum tempus.* Nec desunt homines eruditi, qui huic sententiæ ipsum Bacchi nomen facere arbitrentur: Volunt enim *Noach*, esse *Noachus*, hinc *Nachus*, inde *Bachus*, tum *Bacchus*. Vid. hæc latius deducta apud *Vossium de Origin. & Progress. Idololar. Lib. I. c. XIX. & Citatus. C. L. c. XXX.* *Bacchum* nullum alium quam *Mosem* fuisse evinciti. Tempora enim in quibus nangebatur *Moses* erant turbulentissima, quarum calamitatum compendium exhibet *Patricid. Citante Hottingero Lib. I. de usu Ling. Oriental. in Theolog. c. 8.* dicens: *Surrexit Rex Egypti, qui Josephum non noverat. Dixit E. suis consiliariis: Audi utiq; sumi filij Israel, neque fidimus ipsis, quia si hostes contra nos prodiret, ipsi supplicias ferrent, & imperio Egyptiaco se subducerent. Mandavitque Pharaon obstetricibus, ut interimerent omnem genitum ex filiis Isra-*

A2

el ma

et masculinum, eumque mari submergerent. Atque sic occisi, & maris undis suffocati sunt infantes numero innumeri. Hoc tempore Moses quoque in lucem editus formâ elegans & decorus Exod. II. v. 2. ubi à LXX. Ἀστὴρ dicitur, quos sequutus est S. Paulus scribens ad Hebræos c. XI. v. 23. διὸν εἶδον ἀστὴρον τὸ πρῶτον, quia sc. habuit à Deo gratiam in facie, ut ibi interlin. Chrysostom. homil. 26. in Epist. ad Hebr. ait Eum scitum, & Elegantem, non naturâ, sed gratiâ sive supra naturæ conditionem. Hæc pulchritudo corporis nativum Parentum amorem exacuit, ut spreto Pharaonis Consilio & edicto infantem tribus mensibus absconderent. Cur autem longiori tempore non servatus rationem afferunt Lyran: & Lipomann. Quod Ægyptii custodes tertio quoque mense domos scrutarentur, ut pueros infantes auferrent & perderent, vid. Joseph. lib. 2. Antiq. c. 5. & Phil: lib. I. de vitâ Mosis. Quâ necessitate mater Mosis, quam Patricid. Jocebed. vocat, mota, fiscellam scirpeam, sive arculam junceam conficere, & linito bitumine puerulum impositum projecit ad Nili ripam, ubi minus profunda erat aqua, in urbe Tzana, quæ metropolis fuit ditionis Tanitica, ut allusione fluminum interficeretur. Pharaonis filia (quam Josephus THERMUTIM & Epiphanius heres. 78. filiam Amenophis. Ariapanus autem apud Eusebium lib. 9. de Præparat: c. 9. MERRIN filiam Palmenothis. Arabs Patricid. SIHHOUN vocat) Exiens lavandi gratia (Pirk ELiez c. 28. ita loquitur: Filia Pharaonis Bibia percussa erat gravibus plagis, neque poterat se lavare in calidis aquis, sed descendit, ut lavaret in fluvio) vidit illam arculam & puerulum impositum. Extracti miserta est, & jussit ut educareretur. Accersiebatur ipsius Mosis mater, auxilio sororis ejus, quod tamen Pharaonis filia ignorabat. Exod. 2. v. 8. 9. Conf. salian. Annal. Sac. T. II. fol. 2. Ex quibus constat natales Mosis Ægyptum fuisse, atque sic in loco conveniunt fabulosa nugamenta; Cum & Ægyptii Bacchi natales sibi tribuant teste Orpb. in hymno, qui cum lucem adspexisset cadmus Semelem & filium arcæ inclusit, eamque abjecit in mare, quæ undarum æstu, & procellarum impetu jactata ad fines Brasia delata est, ubi mater honesta sepultura affecta, Puer v. apud Brassiacas educatus est, Quorum urbs cum prior diceretur Oreatæ, postea Brasia

*Braße* vocaretur. *Am*  $\tau$  *en* *Beβeγιδου* quod valet maris aflu  
 ejici; quia nempe in eorum terram arca est ejecta, Testis est *Pan-*  
*sania* in *Laconicis*. Liber dicitur *Βιμάρωq* Bimater, id Mosi etiam  
 convenit, nam & Moses præter matrem, quæ peperit, habuit al-  
 teram, filiam Pharaonis, cui erat in Filium Exod. II. 10. Un-  
 de & *Stephanus* Protomartyr Act. VII. v. 21. *sustulit illum filia Pha-*  
*raonia, & nutrit cum sibi pro filio. Ac eruditus fuit Moses omni*  
*sapientiâ Egyptianorum* Ubi *Clemen Alexandr.* in *IΣτροματ*: intel-  
 ligit universionem Mathesin, & Medicinam. Liber educatus dici-  
 tur in monte Arabiæ *Nysa* nomine. In Arabia est desertum *SIN*  
 & Mons *Sina*, ex quo mutatâ vocali, literisque trajectis, *Nysan*  
 habemus, in quo ideo Idem educatus esse putatur, quod  
 Moses in Arabia XL. annis Exulem egerit. Conf. *Ed Ward. Sim-*  
*sonis Chron. Cathol. Ann. M. 2468. Hottinger. Smegm. Orriental. Lib. 1.*  
*de usu Linguar. oriental. in Theolog. C. VIII.* Post XL. exilii annos  
 rediit in Ægyptum, inde ducturus Israelitas, ubi cum transisset  
 mare rubrum, varia cum Arabiæ vicinis Principibus bella gessit,  
 de quibus multa *Patruicid. Arabs,* & ex eo. *Job, Nicolai* de ritu  
 antiquo & hodiern. *Bacchanal. c. VI. §. 6.* De Baccho itidem nar-  
 rat *Nonn. Lib. 20. Dionysiacon. Plut. de Isid. & Osirid. Theodoret. serm.*  
*3.* profugisse illum ad mare rubrum, & exulem Eum fui-  
 esse: Postmodum verò ipsum in Arabiam cum exercitu suo  
 profectum, & ab ipsius Rege *Lycurgo*, quem amicum sibi futu-  
 rum pollicebatur penè per insidias sublatum. De *Liber* narra-  
 tur, in exercitu circumduxisse viros pariter ac foeminas, sed quid  
*Moses?* nonne & is plebem *S.* duxit, in quâ non modo senes,  
 viros, sed & faminas & pueros videre licuit. *Bacchus* vocatur  
 ab *Orpheo* in hymnis, & *Euripide* in *Bacchis*  $\tau\alpha\rho\rho\upsilon\kappa\epsilon\rho\upsilon\varsigma$  *Jūs* auri-  
 cornu Deus. Quæ opinio ex eo videtur profecta, quod radii  
 de Mosi vultu relucentes cornuum præberent imaginem, ut  
 colligere est Exod. XXXIV. v. 29. inde inepta orta est pictorum  
 consuetudo, Mosem effingentium cum cornibus binis. *Bacchus*  
 leges ac judicia instituit, quem propterea  $\text{Ἰερόμειφορον}$  vocat *Or-*  
*phem.* Moses Leges DEI in jugo Sinai latas populo servandas  
 exhibuit, Num. XX. v. 11. Hic in deserto Sin Petram virgâ per-  
 cutiens, aquam eduxit. Id fabulæ non ignorant: ut cogno-  
 scimus ex *Euripide* in *Bacchis*, ubi refertur, ut *Agave, & Bacchis ca-*



ceris, orgia celebrantibus, unaque earum Petram percipientem  
aqua emanavit. Num. & C. XXI. legimus, ut cum Deus populo Israe-  
litico serpentes immisisset ignitos, qui multos necabant, pœni-  
tudine ductis Moses Dei jussu *presertim* erexerit æneum, quem,  
qui conspicerent sanitati redderentur. Quod si in memoriam  
istius rei in *Liberi* sacris caput cinxerint serpentibus, ut offen-  
derent, nunc quoque *Liberi* mystis serpentes non nocere, hunc  
ritum indicat *Euripides* Bacchis, dicens: *Et coronaverunt draco-  
num coronis, & Clemens Alexandr. admonit: ad gentes.* Bacchum  
Mænolem celebrant *Baccha coronata anguibus*; ac *Arnobius* etiam  
in V. *Bachanalia* exagitans, *circumplectis*, inquit vos anguibus  
vid. *Vossii Theol. Gentil. L. I. c. 30. p. m. 231.* Ex his & aliis luce me-  
ridiana clariora videntur, quod sæpissime veritas fabulis occul-  
tetur. Et *Ægyptios* primos inventores *Bacchanaliorum* fuisse nul-  
lum est dubium. refert enim *Herodotus* lib. 2. Quod fœminæ *Ægy-  
ptiæ* præeunte tibia Bacchum canant, & hymnis gloriosius Eum  
prædicent. *Melampus* vero teste *Diodoro* *Sicul.* l. 4. *Haruspex* sacra  
Baccho sancita ab *Ægyptiis* indicavit *Græcis*, hos insecuti *Romu-  
lides*, in *Liberi* Patris honorem ludos Gymnicos & liberales ce-  
lebrarunt, tantâ licentia & Luxuria, ut temeto ingurgitati, vino  
madidi, Bacchorum habitu fanatico, quasi furore perciti, per  
plateas, vinum cum bellariis liboque & melle circumferentes,  
cursarent. Quæ sacra præterquam quod per Anum deliram  
& temulentam indicerentur, eò insolentiæ processerunt, ut mix-  
tim viri & mulieres ornati hederâ, crine fluxo, limphatis animis  
debacchantes cum *Thyrsis* velut insanientes obvios quosque  
ferirent, *Silenis*, *Manadibus*, *satyris*, *Lenis*, *Chiis*, *Nagadibus*,  
*Mirmallonibus* stipati saltarent, cantarent, & mille petulantiarum  
modos exercerent. Pari libidine, lascivia & furore *Lupercalia*  
*Romæ* instituebantur, quod Festum expiationis causa adinventum,  
ad inferos pertinere, argumento est, quod mense *Februario*, quò  
populus purgabatur: & inferorum manes placabantur institu-  
ebatur. Sed hisce impiis & furiosis festis *Augustus Octavius* primus  
modum statuit, postmodum, cum ex diurnis, nocturna fierent,  
& *Nisiboleja* dicerentur, ac ululatibus, strepitibus urbem replerent,  
libidinem stupra, & adulteria foverent, *Scro condito*, tam *Bacha-  
nalia*, quàm *Lupercalia* per totam *Italiam* severè interdicta,  
test *Alexand. ab Alexand.* lib. 6, c. 19. *Genial. diæ. Tertull.*  
*Apolog*

*Apolog. C. 6. Polydor Vergili: de rerum juvenit. Lib. 3. c. 17. Verum enim*  
verò licet in Latio istum morem colendi Bacchum sustulerint, ta-  
men non toto orbe eliminarunt, quod, quæ diuturno usu invalue-  
re, facile excindi nequeant. Sine dubio interim, dicit *Cassiar Bar-*  
*thius* lib. 12. c. 13. *advers.* fateor morem istum fanaticum è Paga-  
nismo profectum, confirmante me *Synodo Bavaricâ* sub *Tbassio-*  
*lone* habita An. 773. quæ ita de pravo more isto scribit: *Illas vero*  
*balationes & saltationes, canticag, turpia, ac luxuriosa, & illa lusa*  
*diabolica non faciat nec in plateis, nec in domibus, neq; in ullo loco, quia*  
*hec de Paganorum consuetudine remanserunt.* Videmus itaque no-  
stra Bacchanalia Paganismo deberi. Cui rei nomen ipsum indi-  
cium est, tam quondam celebre ac divulgatum, ut omnes tur-  
pissimi motus, & fœdi saltus, gestusque dicerentur *Bacchania.* Ce-  
lebramus autem Bacchanalia nostra illo tempore, quo Ecclesiæ  
Doctores populum è sacra pergulâ erudire incipiunt de passione  
& morte Salvatoris J. C. nostri. Hoc sacro tempore Christiani  
insaniunt, ut Turca impium istum morem non sine vitio no-  
stri suis indicaverit. Augerius Busbequius enim Epist. 3. inquit:  
*tempore Quadragesima apud nos etiam in bene moratis civitatibus, ne-*  
*dum in castris omnia perstreperunt ludo, choreis, cantu, clamoribus, com-*  
*messionibus, ebrietate, furore deniq; & insaniâ: ut non frustra cre-*  
*dicum sit, hominem Turcam, qui eo tempore ad nos publici negotii cau-*  
*sa venisset, reversum domum retulisse: Christianos certis diebus de-*  
*bacchari & furore, donec genere quodam cineris (de quo vid. Polyd.*  
*Vergil. de invent: Rerum Lib. 6. c. 3. in fine) in templo resserfi redi-*  
*rent ad se, & convalescerent.* Eheu? Ubi sumus Christiani, quid  
agimus fideles, quid invehimus in orbem Christianum, quod  
Ethnici è mundo idololatræ proscrisperunt flagitium, cur læti-  
tiam nominamus; quod illi conspexere scelus, quo pacto famili-  
arium atq; amicorum conventum arbitramur, quem illi tan-  
quam Reipublicæ exploratam pestem, quem morum corrupte-  
lam, contagionem urbis, honestatis naufragium, exilii damna-  
verunt? Proh! Quæ pudenda, sustinemus, promovemus probra,  
agimus infanda, & eo agimus tempore superstiosa gentilium  
sacra celebrantes, quò sanctissimum Religionis intaminatæ exer-  
citiū in oratione & jejunio, in animo contrito & spiritu humi-  
litate, in mœre deniq; & pœnitentiâ ex præscripto Eccle-  
siæ inchoaturi sumus. O quàm vivè depinxit tam infami indo-  
le ho-

le homines ingeniosus ille, qui solem delineavit nivè, & nube  
 densâ atqve obscurâ circumdatum, quæ rusticè invidæ, & in-  
 urbanè ingrata conabantur contegere illius pulchritudinem, &  
 radiorum splendorem tenebris involvere, tum hæc adscripsit:  
**QVAS IPSE LEVAVI.** Illustre sanè tam obscurorum ho-  
 minum hieroglyphicum. Ardentium radiorum suorum calore  
*Sol Luminum Pater* ab humili solo in cœli sublimem regionem  
 adducit densos terræ vapores, qui cum in obscuras nubes versi  
 sunt, tam inverecunde ingrati erga suum Benefactorem, obscu-  
 rare omnem ejus fulgorem tentant, sic ut iidem vapores, quos  
 è terræ infimo loco fursum evexit, grave illi bellum moveant.  
 Quam pulchrum ac vivum exemplar hominis ingrati, qui sum-  
 mum ingratitude apicem attigerint, quem cum pientissimus  
 Salvator *Jesus Christus* in passione & cruce è pulvere terræ, & vi-  
 tæ conditione abjectissimâ sublimem egit, contra illum erigi-  
 tur, & beneficiis suis illum oppugnat, & gratis, quas ab Eodem  
 habet, ad offensas illius abutitur! Hoc est, quod dixit per OS  
**JESCHANLÆ.** Prophetæ: *c. i. v. 2. Filios enervivi, & extuli, ipsi autem  
 deficientes rebellaverunt in me.* Sol sui Israelitis collatione benefici-  
 orum, illi mihi nubes fuerunt eorundem receptione. Nam  
 cum illos honorifico titulo, & inelyto nomine populi mihi uni-  
 cè, ac supra omnes dilecti magnificaverim & extulerim, illi è  
 contra ad modum densarum nubium conati sunt me obscurare, &  
 per summam ingratitude se mihi opponere, & pro favoribus,  
 quibus illos ornavi, illi me injuriis onerarunt, & pro bonis me-  
 ritis probra reposuerunt, **QVOS IPSE LEVAVI.** Hoc vero,  
 hoc est, quod merito admiramur, hoc est, quod gemere, hoc  
 quod hocce tempore inprimis multis acerbisque lacrymis desle-  
 re debemus. Eleganter *Terull.* Lib. de *Idololatria.* *Si Ebnici sunt  
 tam fideles sectæ suæ Cultores, ut nullam Christianorum solemnitate  
 colant, ne Christiani esse videantur; quæ hæc est Christianorum per-  
 fidia, quod, dum Ebnicorum dies frequentant, Ebnici esse videntur*  
**O Boni Cives** ascendamus Jerusalem, sed cum Christo, non  
 contra Christum. In templo pacem quæramus, & requiem  
 animabus nostris, dum alii Christum gentibus tradunt,  
 & cum gentibus illudunt.


P. P. Sub Sigillo RECTORALI Dominicâ Esto Mihi,  
 d. XVIII. Febr. An. M DC XCIV.

106(0)90





*Apolog. C. 6. Polydor Vergili: de rerum juvent. Lib. 1. verò licet in Latio istum morem colendi Bacchomen non toto orbe eliminarent, quod, quæ di- re, facillè excindi nequeant. Sine dubio inter- tibus lib. 12. c. 13. advers. fateor morem istum nismo profectum, confirmante me Synodo lone habita An. 773. quæ ita de pravo more ist- balationes & saltationes, canticas, turpia, ac la- diabolica non faciat nec in plateis, nec in domibus hac de Paganorum consuetudine remanserunt. V- stra Bacchanalia Paganismo deberi. Cui rei- cium est, tam quondam celebre ac divulgatu- pissimus motus, & foedi saltus, gestusque dicere- lebramus autem Bacchanalia nostra illo tempo- Doctores populum è sacra pergulâ erudire in- & morte Salvatoris J. C. nostri. Hoc sacro t- insaniunt, ut Turca impium istum morem- stri suis indicaverit. Augerius Busbequius e- tempore Quadragesime apud nos etiam in bene mos- dum in castris omnia perstrepunt ludo, choreis, can- messationibus, ebrietate, furore denique & insania: dictum sit, hominem Turcam, qui eo tempore ad no- sa venisset, reversum domum retulisse: Christiani bacchari & furore, donec genere quodam cineris Vergil. de invent: Rerum Lib. 6. c. 3. in fine) in- rent ad se, & convalescerent. Eheu? Ubi sumu- agimus fideles, quid invehimus in orbem C- Ethnici è mundo idololatræ proscriserunt- tiam nominamus; quod illi conspexere scelus- arium atque amicorum conventum arbitran- quam Republicæ exploratam pestem, quem- lam, contagionem urbis, honestatis naufrag- verunt? Proh! Quæ pudenda, sustinemus, præ- agimus infanda, & eo agimus tempore sup- sacra celebrantes, quò sanctissimum Religionis- citium in oratione & jejunio, in animo contri- litatis, in mœre denique & pœnitentiâ ex- siæ inchoaturi sumus. O quàm vivè depinxit*



the scale towards document

Enimi  
ant, ta-  
value-  
rBar-  
Paga-  
Tbaffi-  
us vero  
La lusa  
o, quæ  
re no-  
indi-  
s tur-  
e. Ce-  
clesiæ  
ssione  
stiani  
o no-  
nqvit:  
s, ne-  
s, com-  
a cre-  
ii cau-  
us de-  
Polyd.  
& redi-  
quid  
quod  
r lati-  
amili-  
i tan-  
rupte-  
mna-  
obra,  
tilium  
exer-  
numi-  
Eccle-  
indo-  
le ho-